

etiam materialem, & quemcumque metum gravissimum etiam mortis, & sic non amplius sunt audiendi. Doctores, qui ante hac oppositum tenuerunt tamquam probabile.

42 Simulatio tamen materialia circa rem plane indifferenter se habentem ad Sacramentum, per se loquendo, si non adsit alia vitiosa circumstantia, non est illicita; quia non est simulatio administrationis Sacramentorum de confessarius ad occultandum defecuum absolutionis penitentis indispositi potest licite post confessionem aliquam orationem reciare super ipsius, & facere signum crucis, quamvis a videtur puteat absolveat; communis cum supra citatis.

43 Gravius peccat, qui simulat administrationem Sacramentorum, quam qui sacrae illud conficit, seu administrat, textu expresso in cap. De homine 7. de celebrazione missarum, ubi refutatur casus de quadam incaute Sacerdoti, qui in mortali constitutus, nec potest confiteri, nec forsitan confiteri, & ob urgentem necessitatem coactus celebrare, peracta ceteris ceremoniis, & omissionis verbis consecrationis, missam celebrare simulavit, de quo Innocentius III. sic habet, ibi: "Lucet is, qui pro sa- mernitatis consistenti repuat se indigatum, peccat graviter, si se ingerat irreverenter ad illud; gravius tamen videatur offendere, qui sic fraudulentem illum pre- sumpserit simulare, cum ille in solius misericordia Dei manum incidat, iste vero (fidei celebrans) non solum Deo, cui non venter illudere, sed populo, quem de- scripti, se astringat." *vid. oibidem* *cap. 5. §. 2. resol. 1.*

44 Minister in administratione Sacramentorum sequens sententiam tantum probabilem de valore, relata iustitiae, peccat mortaliter. Innocentius enim XI. die 2. Martii 1679. justissimam damnavit inter alias sequentem propositionem in ordine: "Non est illicitum in Sacramentis conferendi sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relata tuiore, nisi id vere lex, convenio, ant periculum gravis damni incurriendi." Hinc sententia probabile tantum intendunt non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

45 Non si agitur de valore Sacramentis, sed tantum de modo administrandi, potest Minister sequi opinionem practice probabilem, relata tuiore; sic cum communione Card. in 2. crisi dis. 2. num. 4. Gormaz d. 5. num. 80.1. La-Croix loc. cit. num. 121.

46 Minister utens materia, vel forma falsa peccat mortaliter. **47** taliter; **communis**. Item peccat mortaliter per se loquendo, si natura materia, vel forma dubia, quando potest haberi certa: in casu autem necessitatis, quando non potest haberi certa / potest, & debet adhibere dubiam; **communis**. Item peccat mortaliter omitiendo intentionem requisitam; **communis**.

48 Minister repetens absolute formam sacramentalem, vel aliud in ea, cum dubio tantum levii vel inani timore per se loquendo, peccat mortaliter, quia est gravis irreverentia reperire absolute formam sacramentalem cum solo dubio levii, & inani timore, qui nec sufficit prolixiter repetenda tali forma sub conditione cum invenient nulla est prudens causa dubitandi de valore Sacramenti, sed oritur tantum leves scrupuli; nequidem conditio nate est iterum Sacramentum, ut tenet **communis** ex Catechismo Romano cum Dicastili. *de bapt. l. 1. n. 147.*

49 Quando tamen est prudens dubium de valore Sacramenti collati, potest licite, immo debet iterari saltem sub conditione, quia tunc consultur, & salutem proximi & reverentiam Sacramenti per conditionem apposita, **communis** per texum in cap. Si nulla 113. de consecr. dis. 4. ubi Leo Papa ad rem sic expresse dicit: "Non intervenit temeritas presumptionis, ubi est diligenter pietatis & cap. ult. de Prestyier. non baptizat, ubi Innocentius III. dicit: Non intelligitur iteratum, quod: amplitudin est esse fiduciam." (Ad rem lex 9. & 10. sit. 4. part. 1.)

50 Minister, qui ex officio est Pastor, & Parochus respectu secularium, & Superior respectu Religiosorum, tenet ex iustitia suis subditis etiam extra necessitatem gravem rationabiliter poteritibus Sacramenta ministrare; ad hoc enim se obligavit assumendo officium pastoris, & talis videtur intercessisse contractus inter pastorem &

oves. Unde talis Minister teneatur sub mortali cum quantumcunque magno suo detramento temporali, & etiam cum proprie vita periculo, non solum in extrema, sed etiam in gravi necessitate spirituali aliquibus sibi subjecta ovibus, ei ministrare Sacramenta; S. Thom. 2. 2, quest. 6. art. 5. ad 3. & quest. 165. art. 5. Suarez quest. 1. part. 1. S. Quartio dico. Castropol. dist. 1. punt. 9. Granad. dist. 4. num. 4. Coninch. art. 25. dist. 7. conclus. 1. & 3. Bann. Aragon. Tapa, quos citat & sequitur Carden. in 1. Crisi disert. 70. cap. 2. La-Croix l. 2. num. 174. & alii videlicet. vid. verb. Extrema Uincio a num. 42. Si autem esset unicus Minister, quo sublati, decesset communis Minister Sacramentorum, hic non debet singulis ministrare Sacramenta cum probabilitate periculi infectionis, seu moris, si quo periculo alius Sacramenta ministrare posset; salus enim omnium praferri debet salutis unius particularis, & Minister obligatus ex officio communionali, tenet se illi conservare; Barboza de officio. Paroch. cap. 17. num. 15. P. Marchant in tribunal. tom. 5. part. 1. tit. 9. tom. 2. quest. 6. §. 2. resol. 1. testans esse communem.

Minister qui ex officio non est Pastor, non tenetur ex iustitia ministrare Sacramenta, tenetur tamen ex charitate etiam cum vita sua periculo Sacramenta necessaria ministrare in extrema necessitate spirituali aliquibus. Unusquis enim secundum ordinem charitatis tenet etiam cum periculo vita corporalis succurrere proximo in extrema necessitate spirituali constituto; communis. Et per hoc stat differentia inter Ministrum, qui ex officio est pastor, & Ministrum, qui ex officio non est pastor; quia iste tenet Sacramenta necessaria ministrare solum ex charitate, & in extrema necessitate spirituali proximi; ille vero tenet ex ministrare suis oibidem ex iustitia, & etiam in necessitate gravi ex dictis supra num. 50.

Si Minister baptismi carens aqua, puerum aliquoquin baptismum mortuorum in flumen, vel puerum projiciat, licet una simul proficerat justam verborum formam cum intentione conferendi Sacramentum, seu vere baptizandi, nihilominus probabilis talis baptismus est invalidus. Sic cum communiori Scotistarum, & Antiquiorum Richardi, Paludani, Marsili, Sancti Antonini, Tolleti, Silvestri, Armilie, & plurium aliorum, Scotus in 4. d. 4. q. 3. n. 4. ubi expresse dicit, quod projectus de ponte non baptizatur, quia hoc non est ad vitam ordinatum, vel honestum, sed ad mortem. Et dist. 5. quest. 3. n. 1. referens sententiam Ricardi assertentis puerum sic projectum non esse baptizatum, at: dicunt etiam quod projectus non est baptizatus, quia baptismus est ablutio ordinata ad vitam alium, non sic autem ordinatur illa immersio. Et in reportatis ead. quest. num. 2. eadem difficultatem expendit dicit: "Sed si adulteri projectum in flumen dicendo, baptizo te, credo quod non baptizatur, quia projectus non habet intentionem Ecclesie, quia intentio Ecclesie est madefacere eum, quod ipso vivente possit iterum desiccare, vel esto quod baptizatur, non dubita quin projectus peccat mortaliter." Quibus omnibus constat Scotum, magis propendere in sententiam negantem talem baptismum esse validum, ut recte advertit Frassen in 4. tract. 1. art. 1. q. 5. concil. Et ratio est, quia ut dicti subtilissimum nosse Doctor, baptismus est ablutio ordinata ad vitam ablutum, illa autem projectio est magis submersio ad mortem, quam ablutio ad vitam, cum per se loquendo tenet ad occasionem pueri, seu adulti sic projecti; & quamvis Minister projectus dicat se eam non intendere, tamen projectus ipsa non est mortaliter, nec per intentionem disjungibilis ab occisione. Quis enim diceret se non velle occidere, sed solum abluere, & lavare hominem, quem ligatis manibus, & pedibus, & ingenti saxe ad colum alligato in pureum, flumen, aut mare projectaret? Adeoque stat clarum, quod non obstante tali prætexta intentione de non sic occidendo, adhuc dicta projectio manet vera, & directa realis occasio innocentis, quia nec pro tali casu est permittenda, cum non sit dicendum, Christum pro materia proxima baptismi, ordinasse ablutio occisivam hominis; sicut actionem

nem intrinsece malam, quæ numquam sine peccato adhiberi potest, & ex natura sua est ordinata ad mortem corporalem.

MINOR, MINORENNIS, MINORITÆ.

que in pristinum restituuntur: idem ib. §. 11. Adiecta: legge conservandis missiones sibi adjudicatas, easque non deserendi: idem ib. §. 15. Isque permititur predicare in regnis Clampe & Cambodie, non tamen alias exclusis. Idem ib. §. 10.

Franciscani Missionarii in Egypto laborantes laudantur à laudato Pontifice tom. 1. const. 129. incip. Eo quavis tempore §. 2. Franciscani instituti spiritus, quo in jurisdictione Parochorum è documentis S. P. Francisci, & S. Bonaventura demonstratur: idem ib. §. 15. ubi adductis testamentis dicti S. P. Francisci, & S. Bonaventura in tractatu: "Quare Fratres Minores prædicti, subiungit, licet tantum Fratribus Ordinum S. Francisci Custodie Terræ Sanctæ Parochialia munia nobis circa Grecos Melchitas, eisque Sacraenta administrare in iis locorum & temporum circumstantis, quibus omnino deficit modus habendi Parochum, aut nullum Antitum Græci ritus."

** Advertendum, quod nos Fratres Minores (quidquid scripsiter aliqui in contrarium) possumus, ac debemus addere in Confessor nomine nostri Sancti Patriarche Francisci, dicendo, *Sanctis Apostolis Petro & Paulo, Beato Patri nostro Franciso, &c. ita dicendo Santos Apostolorum Petrum & Paulum, Beatum Patrem nostrum Franciscum, &c.* Cui non obstat decretum Sac. Congreg. diei 20. Martii 1706. loquendo ipsum de iis, qui illud non recitant ex speciali privilegio, *Regulares absque speciali privilegio, &c.* quo nos gaudemus ex ritu tradito à S. Bonaventura anno 1260, relato in *Orbe Serapico* t. 3. n. 30. à quo recedere non possumus ex sanctis à Julio II. & Clement. X. citat. in Rubricis nostri novissimi Franciscani Breviariorum n. 129. ibi: "Quoad cæmonias vejo, & nalia ad redit & sancte reddendum Domino sacrificium laudis, quoquonodo necessaria, & opportuna, observanda sunt documenta à S. Bonaventura edita, neconon ordinationes Capitularum Generalium, Apostolica auctoritate confirmatas ac proinde Rituale, constitutiones, & doctrine in firmamento trium Ordinum contentæ ibidem à san. men. Julio II. & tandem à fel. record. Clemente X. in Brevi, *Ex commissi Nobis* 28. Augusti 1651. cum aliis recentioribus, approbat, & sub nonnullis penis, pro tunc, & nunc observari mandatae?" Ac ideo in Missalibus, & Breviariis Franciscanis in Confessor recte appositum est post nomina SS. Apostolorum Petri, & Pauli, & nomine S. Paris nostri Francisci. Et insuper ad id habemus personalem confirmationem Innocentii XIII. qui assistendo nostro Capitulo Generali Roma celebrato 15. Maii 1733. non solum id approbat in publica Confessione omnium Vocalium, sed & submittens ipsi complacuit repete, dicendo, *Precibus, & meritis B. Mariae & Beatorum Apostolorum Petri & Pauli, & S. Paris vestris Francisci, &c.* ut appareat ex supra laudato Capitulo Generali edito Romæ anno 1730. Et ad id accedit totius Religionis universalis, ac invenit etiam consuetudo, quæ quasi altera lex parem obligandi obtinet, cap. Consuetudo 5. dist. 1. l. De quibus 3. ff. de Legib. L. Diurna consuetudo 33. & L. Sed & ea 35. ff. ed. Consuetudo namque est optima Legum interpres; L. Si de interpretatione 37. ff. de legib. cap. Cum Dilectus 8. de consuetudine, cum similibus. (Verbi Consuetudo, & Lex.) Et hanc sententia expresse traditur sub numero 168. in ceremonialibus Mediolani impresso anno 1774. ab eruditissimis Patribus Reformatis illius provincie collecto ex ceremonialibus Romanis, & Franciscanis. **

MINOR, MINORENNIS.

Vide verb. *Ætas. Beneficia. Contractus. Emptio. Venditio. Filius. Restituo in integrum.*

MINORITÆ.

1 M INORITÆ fratres custodia terræ sanctæ soli exercere possunt munia parochialia in Grecos Melchitas Patriarchatus Antiocheni, absente Parochio Greco. Benedicti. XIV. tom. 1. const. 86. incip. Demandata §. 13. **2** Eorum Guardianus S. Sepulchri, seu terra sancta, potest conferre Sacramentum Confirmationis absentibus Episcopis Latinis ritus, cum oleo, & christame à Catholicis Antistitie benedicis etiam antiquis, si nova haberit non possunt. Idem constit. 10. incip. Cum ad infrascriptam. Ab eodem potest sub conditione conferri Gracis Melchitis à simplici Sacerdote confirmatis absente Episcopo Greco Catholicῳ. Idem const. 87. incip. Demandata §. 14. Ubi verò sit Episcopus Catholicus residens, hujusmodi Sacramentum non conferant, nisi de ejusdem Episcopi consensu; eo autem dissentiente, abstineat. Idem *ibidem*.

5 Franciscani Observantes Missionarii quibusdam Ecclesiis, & Missionibus Cochinchina discenderunt juvenis decreto Visitatori Apostolici. Idem constit. 3. incip. **6** Quapropter §. 7. Idem appellant ad S. Sedem: idem 7. ib. §. 9. Et decreta prius confirma revocantur, ipsa-

L

Addenda sunt sequentia decretorum.

Decretum, quo disposita, atque sancita à P. Vice Commissario Generali Ordinis Min. Observ. Reformato. S. Francisci pro Conventibus Recessus, seu Recollectis nuncupatis, confirmatur.

"Sacra Congr. super disciplina Regulari expenso temporis epistola circularis Vice Commissarii Generalis Min. Observantium Reformatorum S. Francisci, date die 9. Jan. 1707. in qua sub n. 7. ubi de Conventibus Recessus, seu Recollectionis agitur, hac habentur: Evin detto Convento, & Conventi ne quali dovera attenderi

L

al

FERRAR. BIBLIOTHECA. TOM. VI.

„al solo spirito di divozione, ed oratione non vi potra
necessario studio, ne Lettori, o altro Religioso esente da
qualunque atto comune. Et mature perpensis omnibus
& singulis deductis tam à dicto Vice-Commissario Ge-
nerali Strictioris observantiae S. Francisci ex una,
quam à Partibus habitantibus in Conventibus Reces-
sus Provinciarum Reformatarum Marchia, & Bo-
nonie Partibus ex altera, pro stabilitate Conventuum
Recensus, sive Recollectionis cum Peculiaribus legi-
bus rescripsit: executioni mandetur in omnibus pro-
vinciis prædicta epistola Circularis Vice-Commissarii
Generalis sub die non. Jan. 1707. Et tam Superiori-
res Generales, quam Provinciales omnino provideant
conventu Recollectionis Sacra Congregat, provide-
bit:” — Dat Romæ hac die 24. Martii 1708. — J.
R. Card. Imperialis Praefectus.

15 Decretum de instituendis in unaquaque provincia
strictiori Observantiae S. Francisci conventibus spiritu-
alis recessus pro Religiosis ferventibus ad prescrip-
tum epistole circulari P. à Monte Bufo Vice-Commissarii,
alijs à Sacra Congregatione confirmata.

“Cum ad aures Sacra Congreg. super disciplina
regulari pervenerit, & multiplici fide dignorum testi-
monio fuerit comprobatum, in multis provinciis stric-
tioris Observantiae S. Francisci per Italiam, & Insulas
adiacentes, epistolam circularem Vice-Commissarii Ge-
nerali à Monte Bufo datam 9. Jan. 1704. & ab hac
Sacra Congreg. confirmata 9. Januarii 1708: ple-
num non sortiri effectum quad demandatos spiritualis
recessus Conventus: Volens propterea Sacra Congreg.
nos talis inobservantia in regularis discipline detrimen-
tum diutius protrahatur, opportune, & efficaciter pro-
videre, re mature discussa, auditisque plurimi, tum vo-
ce, tum scripto Superioribus Ordinis referente, Eminentissimo Fabrono, rescriptis: Pro omnimoda observantiae
prefata epistole circulari Vice-Commissarii Genera-
lis à Monte Bufo, confirmata, ut supra, à Sacra Con-
greg. de instituendis in unaquaque provincia supradic-
tis conventibus spiritualis recessus pro Religiosis fev-
tentibus, & non concedatur licentia admittendi ad
habitum, & professionem, nisi in provinciis, in quibus
Sacra Congreg. constiterit, prefatos conventus re ipsa
institutos esse, ac sedulo, & cum effectu à Superioribus
Generalibus detur notula, ubi sint respectiva insti-
tuti dieti conventus.” — Romæ 10. Decembr. 1714. —
J. R. Card. Imperialis Praefectus.

Decretum consimile precedenti pro Minoribus obser-
vantibus S. Francisci.

“Cum ad aures Sacra Congregationis super discipli-
na regulari pervenerit, & multiplici fide dignorum testi-
monio fuerit comprobatum in multis provinciis Mi-
norum de Observantia S. Francisci per Italiam, & In-
sulas adjacentes Breve san. mem. Innocentii XI. quod
incipit: Militantis Ecclesie &c. editum die 22. Novem-
bris 1679. plenum non sortiri effectum, quod demanda-
tos Recollectionum conventus: Volens propterea ea-
dem Sacra Congreg. ne tali observantia in regularis
disciplina deterritum diu protrahatur, opportune, &
efficaciter providerit, re mature discussa, auditisque
plurimi, tum voce, tum scriptis superioribus Ordinis,
referente Eminentissimo Fabrono, censuit, supersede-
rit pro nunc in expeditione novi brevi, sed omnino
reservanda esse dispositionem Brevis san. mem. Inno-
centii XI. 22. Novembri 1679. de non concedenda
licentia admittendi ad habitum, & ad professionem
in illis provinciis, in quibus plene non considerit Sa-
cra Congreg. supradictos Recollectionum Conventus
institutos fuisse juxta formam in eodem Brevi prescrip-
tam. Et interim detur à Superioribus Generalibus nota,
sibi respective sunt Recollectionum Conventus.” —
Romæ 10. Decembris 1714. — J. R. Card. Imperialis.

His quatuor enumeratis ad verum, & proprium mi-
noribus observantibus, ut supra, ut etiam in eodem Brevi
notata est, detur a Superioribus Generalibus nota
sibi, respectu quatuor Conventus, ut etiam in eodem Brevi
notata est, et hoc in instanti, & includuntur.

MIRACULUM. SUMMARIUM.

1 MIRACULUM unde dictum & quid sit: que requi-
runtur ad verum miraculum: genus quatuor:
quid sit gratia: que nomina miraculo aptantur,
& coram distincio, ad num. 22.

2 Miraculum eadem distincio: quomodo effectus mira-
culi ponitur: variae opiniones circa discrimina,
vel distinctiones notatas: à quo possunt fieri mira-
cula, ad num. 35.

3 Anti-Christus in ea officiet, que nomina ei conve-
niant, cui competat examinandi, & recognoscendi
miracula potestas: quomodo examen est facien-
dum: quia ad id sunt abhendendi, ad num. 40.

4 Qua licentia est intercedenda in miraculorum impres-
sione: que ut publicentur, & pane in contrarium
facientibus decreta: quando miracula fieri di-
cuntur, quomodo se gerere debet Episcopus: re-
fertur denique celebrissimum miraculum, ad nu-
mer. 44.

45 Recensentur alia, remissive.

MIRACULUM dicitur mirum factum, vel quasi admiratione
plenum. Barbosa de offic. & potest. Episcop. part. 3.
allegat. 99. num. 7. & alii passim. Miraculum, prout
usurpat in causis Beatiificationis, & Canonizationis
describitur S. Augustinus lib. de util. cred. cap. 16.
ibi: “Miraculum voco, quidquid arduum, & insolu-
lum supra spem, aut facultatem mirantis appetit,”
& a S. Thoma part. 1. questi. 110. art. 4. & questi. 114.
art. 4. Miraculum propriè, & stricte sumptum defin-
itur, quod sit id quod fit præter ordinem totius naturæ
creare, & sic Doctores passim.

Ad verum, & proprie dictum miraculum quatuor
principaliter requiruntur. Glossa communiter recepta in
cap. Gloriosus Deus, unic. de reliqui, & veneratio 4
Sanctorum; verbi. Sedis Apostolice. Primo igitur requi-
ritur, quod miraculum fiat supra naturam, id est, præ-
ter ordinem totius naturæ, scilicet ut sit virga Moysis muta-
ta in colubrum, & de Asina loquente ad Balaam, ex
cap. Cum ex injunctio 12. de Hereticis. Iliud enim, quod
per causas naturales fieri potest, non est miraculum.

Secundo, quod appareat illud ex Deo, non ex arte con-
tingere, neque ex diabolo, quia mirabilia, quæ arte
applicando activa passiva contingunt, seu opere demonis
virtute sua naturali agentis efficiuntur, quamvis facul-
tatem, & captum humanum excedant, indeque admiratio-
nem in intellectu humano causent, non sunt tamen
vere, & proprie miracula, licet in sensu largo talia dic-
cantur, in cap. Teneamus 56. caus. 1. Exod. 7. Act. 9.
alibi: solus enim Deus proprie, ac physice potest 6
facere miraculum; Hinc Psalm. 71. dicitur: Qui facit
mirabilia solis, & Psalm. 83. Tu faciens mirabilia, tu
deus solis. Terrio, quod si non vi verborum, sed
homini merito id contingat. Unde transubstantiationis
panis in Corpus Christi per Sacerdotem vi consecratio-
nis causa non est miraculum, prout requiritur ad Beatifi-
cationem, vel Canonizationem. Quarto, quod fiat vel
in confirmationem Fidei, vel in testimonium Sanctitatis
alicujus, in quo Deus se vult mirabile ostendere, ejus
virtutes in aliquorum exemplum miraculis illustrando, unde
dicto fine, ob quem Deus patrare solet miracula, constat
ex Marc. ultimo, ibi: Illi autem profeti prædicaverunt ubi-
que, Dominio cooperante, & sermonem confirmante sequen-
tibus signis. Et Hebr. 2. ibi: Conseruant Deo signis, &
portentis. Et de secundo dicto fine constat ex Psalm. 61.
num. 36. ibi: Mirabilis Deus in sanctis suis. Et de S.
Thoma de Villanova in 3. Lest. Officii, ibi: Deus sancti-
tatem serbi sui testatom voluit, præstrium cum horreum
frumento pauperibus distributo penitus vacuuum repente
plenum invenerit. (Eadem causa seu quatuor requi-
rita in leg. 68. tit. 4. part. 1. includuntur.)

His quatuor enumeratis ad verum, & proprium mi-
raculorum requisitis, quintum solet addi, nempe quod fiat
præter consuetum & ordinarium modum causandi. Un-
de quia creatio anime, conservatio universi, & hujus-
modi non sunt præter consuetum, & ordinarium mo-
dum causandi, quamvis à solo Deo fieri possint, non
sunt ad propositionem vere, & proprie miracula. Barbosa
de offic. & potest. Episcop. allegat. 97. n. 8. Reiffens-
tuel 1. 3. Docratal. tit. 23. n. 39. & alii.

MISERICORDIA MINISTRI IN PUNICUM.

raclum requisitis, quintum solet addi, nempe quod fiat
præter consuetum & ordinarium modum causandi. Un-
de quia creatio anime, conservatio universi, & hujus-
modi non sunt præter consuetum, & ordinarium mo-
dum causandi, quamvis à solo Deo fieri possint, non
sunt ad propositionem vere, & proprie miracula. Barbosa
de offic. & potest. Episcop. allegat. 97. n. 8. Reiffens-
tuel 1. 3. Docratal. tit. 23. n. 39. & alii.

9 Miraculorum triplices est genus, seu ordo, vel gradus
sicuti tripliciter potest opus aliquod facultatem naturæ
excedere. Primo scilicet quodam substantiam facta, seu
quod id quod fit, quando nempe substantia rei facta
est supra vires naturæ: Quod constitut speciem miracu-
lorum primi generis, seu ordinis, vel gradus, ut est il-
lad, quod duæ naturæ uniantur, & subsistant in una
persona, sicut factum est in Incarnatione, de quo dixit S.
Augustinus tract. 17. in Joannem: Majus miraculum est,
quod Deus factus est homo, quam miracula omnia, que
Deus fecit inter homines. Ad hoc primum genus, seu ordi-
nem, vel gradum spectat fecunditas, & partus virginis
B. M. V. Si idem corpus sit simul cum alio in e-
dem loco, ut de Christo Domino, qui intravit ad Disci-
pulos jamis clausi: Si corpus humanum glorificetur, si
unum corpus simul sit in duobus, vel pluribus locis, si
sol stet, aut retrocedat, prout contigit ad preces Ioseph,
& Ezechiel Regis, & hujusmodi.

10 Secundo, quod subiectum, seu quod id in quo
fit, quando nempe aliiquid est supra vires naturæ, quod
subiectum est ejus in quo fit, id est, quando aliiquid fit, quod
natura ipsa quoque facere potest, sed non in illo subiecto,
in quo tunc fit; Quod constitut speciem miraculorum
secundi generis, seu ordinis, vel gradus, ut est re-
suscitatio mortuorum, illuminatio cœcum, & hujusmo-
di: potest enim natura causare vitam, sed non in mor-
tuos, potest præstare visum, sed non caco. Ad hoc secun-
dum genus, seu ordinem, vel gradum spectat sanatio-
nes Paralyticorum, quos Christus sanavit, & sanaciones
arditorum, claudorum, mutorum, vel alio simili mōrbis
laborantium, quorum sanaciones omnem medicorum ar-
tem, & medicinæ virtutem supererunt, & soli divine vir-
tuti reservantur.

11 Tertio, quod modum faciendi, quando nempe ali-
quid est supra vires naturæ quod modum faciendi,
id est, quando tale quid fit, quod etiam natura ipsa face-
re potest, sed non illo modo. Quod constitut speciem
miraculorum tertii generis, seu ordinis, vel gradus, ut est,
cum quis subito, ac instantanea divina virtute sa-
natur à febre, nullis adhibitis medicamentis, nulla even-
iente crisi; Aut cum aer stativis condensatur
in pluvias absque causis naturalibus, ut legitur factum
ad preces Samuels, & Elie Propheta, & Sancta Scholastica
Sororis D. Benedicti, & aliorum, & hujusmodi; Potest
enim natura causare salutem in infirmo, con-
densationem aeris in pluvias, sed non tali modo, sci-
lent in instanti, & sine medicamentis, & sine conser-
su aliarum causarum naturalium. Ad hoc tertium genus,
seu ordinem vel gradum spectat sanatio instantanea
febi socius Simonis facta à Christo Domino, Luce 4.
sanationes instantaneas ab hydrope, ab hernia, & ab
alii hujusmodi morbis illico factæ simul cum integra
recuperatio virum ad invocationem alicuius Servi
Dei, seu Sancti, quia cum per naturam nequeat il-
lico, & simul cum recessu morbi vires totaliter recupe-
rari, ideo quoties morbus hoc modo tecedit, & vires
similiter totaliter recuperantur, non per naturam, vel ar-
tem, sed per miraculum accidunt censentur.

12 Miracula primi generis, seu ordinis, vel gradus
non est necesse, ut habeantur pro veris miraculis, quod
fiant in instanti: quia talia miracula, sive fiant in ins-
tant, sive progressu temporis, semper verificatur,
quod à solo Deo procedant, cum totaliter superent vi-
res, & facultatem naturæ, à qua nec in instanti, nec
successive provenire posunt. Pignatelli. t. 4. consult. 54.
num. 6. Lauraa in tom. 3. disput. 20. art. 20. num. 865.
& alii passim.

13 Miracula secundi generis, seu ordinis, vel gradus
non est necesse quod fiant in instanti, & patet exem-
plis relatibus in Sacra Scriptura; De filio enim videt à
morte excitato ab Elia 3. Reg. cap. 17. habetur: “Qui
expandit se atque mensus est super puerum tribus vi-
cibus, reversa est anima pueri intra eum, & revixit.”
Et de filio Sunamitido suicitato à mortuis ab Eliseo
4. Reg. cap. 4. non statim, sed paulatim, ibi: “Nam
Elisæus ingressus domum ascendit, & incubuit super
puerum, posuit os suum super os eius, & oculos suos
super oculos ejus, & manus super manus ejus, & in-
ciravit se super eum, & calefacta est caro pueri, &
ille reversus deambulavit in domo semel hic aique
ille, & ascendit, & incubuit super eum, & oscita-
vit puer septies, aperguitque oculos.” Et de caco illu-
minato à Christo Domino Joan. 9. ibi: “Fecit lutum
ex stupro, & levavit super oculos ejus, & dixit ei,
Vidi, lava in Natatoria Siloe.... abiit ergo, & venit
videns.” Quæ miracula ex dictis supra num. 10. sunt
secundi generis, & tamen, ut patet ex textu, non sunt
factualia in instanti.

Miracula tertii generis, seu ordinis, vel gradus, ne-
cessis est quod fiant in instanti, ita ut infirmus sanetur,
& vires recuperent statim ac Sanctus est invocatus, alii
si ita non eveniunt, sed progressu temporis, dubitari
ac suspicari cum fundamento posset, quod non à Deo
supernaturali concursu supra vires naturæ morbus fuerit
expulsum, sed ex generali concursu cum natura operante
id acciderit. Quoties autem dubium est, seu suspi-
cio, quod sanctio poterit procedere à natura, Ecclesia
in causa Beatiificationis, & Canonizationis, non approba-
bit pro miraculo, sed solum pro gratia, argum. cap.
In obscuris 30. de Regul. Juris in 6. ibi: In obscuris
minimum est secundum.

Unde miraculum, ut notant Diana Coordinat. t. 8. 15
trati. & resolut. 1. & alii, per hoc differt à grata, quod
miraculum fit in instanti, & grata successive. Quam-
vis tamen miraculum differat à grata per hoc erit
quod miraculum à solo Deo procedat, quin physicæ ad
eum concursat causa secunda, grata vero procedat
quidem à Deo per intercessionem alicuius invocatio Ser-
vi Del, vel Sancti, sed etiam concurrence alia se-
cunda causa, ut patet, cum pro obtinenda sanitate
infirmus invocat alium Sanctum, & interim medica-
menta adhibet, & citius, seu in minori tempore,
quā si Sanctus fuisset invocatus, sanitatem, & vires
successive recuperat. Tunc enim dicitur non miraculum,
sed grata.

Hinc grata describi potest, quod sit “beneficium 16
procedens ex speciali Dei benevolentia, etiam in linea
naturali, à Deo, concurrendo simul physicæ causa se-
cunda, successive factum petenti, sed citius, quam
si vel ipse Deus, vel Dei servus non fuisse invoca-
tus.” Matthæucci in practica theologicæ-canonica titu-
l. 3. cap. 1. num. 67. Quando autem est dubium, an
sanitas recuperata sit per miraculum, vel per gratiam,
concludendum est esse recuperatam per gratiam, pet
citatum regulam 30. Juris in 6. ut recte Matthæucci
loc. c. n. 68. & alii.

Miracula in Sacra Scriptura appellantur interdum 18
Signa, ut Deut. 6. ibi: Deus fecit signa. Marc. 16. ibi:
“Dominus cooperante, & sermonem confirmante, se-
quuntibus signis. Joan. 2. ibi: Hoc fecit initium signi-
orum in Cana Galilæa convertens aquam in vinum,
& ibidem cap. 4. Hoc iterum secundum signum fecit
Jesus, cum venisset à Galilæa in Iudeam sanans fi-
lium Reguli, & Ag. 8.” Signa vocantur sanaciones
paralyticorum, claudorum, & ergemorum libera-
tiones. Interdum vocantur prodigia, ut Deuteronom. 6.
ibid: Deus fecit signa, atque prodigia magna. Ps. 43.
ibid: Quæ posuit prodigia super terram. Joel. 2. ibi:
Dabo prodigia in celo, & in terra; 2. Machabæor.
15. ibi: Prodigia facientes Dominum invocatis. Joan.
4. ibi: Nisi signa, & prodigia videritis. Autor. 3.
ibid: Fiebant signa, & prodigia multa, & sepe alibi.
Interdum appellantur portenta, ut Deuteronom. 4. ibi:
Signa atque portenta, & ibidem cap. 7. Signa, atque por-
tentis. Paralipom. 2. cap. 32. ibi: Ut interrogarent de
FERRAR. BIBLIOT. TOM. VI.

- portento, quod acciderat.** Isaia 8. ibi: *In signum, & in portentum.* Ezechiel 22. ibi: *Quia portentum dedit te Domini Israel.* Marc. 13. ibi: *Dabunt signa, & portenta.* Ad Hebreos 2. ibi: *Contestante Deo signis, & portenitis, & sepe alibi.* Haec autem vox miraculum, quamvis plures habeatur in Veteri Testamento, numquam tamen reperitur in Testamento novo.

Miracula, prodigia, & portenta convenient omnia in ratione signorum, quia omnia praecepit speciem sui, quam ingerunt sensibus viventium, quid aliud significant. Attamen licet omnia sint miracula, utpote ardua, & insolita, & supra vires naturae creatae, quedam tamen magis propriæ appellantur *signa*, quatenus non actu rem signatum ponunt, sed consummatur in praesignatione *rei futurae*, ut erunt signa in sole, & luna, & stellis, Luce 21. quæ presaginabunt Judicium universale proxime futurum. *Vel rei presentis*, ut signa prodigiosa censent illa, quæ, dum Sancti martyrio afficiuntur, non semel solent evenire, quod nempe ferunt mansuescent, terramotus accident, status inanum deorum corrunt, magna tempestas oritur, radii, & splendoris supra caput, & circa corpus martyris apparet, concensus Angelorum audientur, faces accensæ videantur, & huiusmodi, quæ omnia tamquam signa à Deo dantur ad indicandum, quod mors patientis sit ipsi accepta, & quod injuste, & inique *Judex*, & *Tyranni* operentur, quin effectus alius ponatur à parte rei.

Miracula autem semper effectum suum ponunt in actu; si enim loquamus de miraculis primi generis, ut est Incarnatione Verbi, ponit actu à parte rei Verbum incarnatum: si loquamur de miraculis secundi generis, ut est resuscitatio mortui, ponit actu à parte rei mortuum resuscitatum: Si loquamur de miraculis tertii generis, ut est sanatio instantanea à febri, ponit actu à parte rei sanitatem. Sic recte Matthæucci loccit. cap. 1. num. 30. & 31. & alii.

Prodigia, & portenta volunt nonnulli, quod differentia à miraculis ex parte effectus, & modi significandi, quatenus illi terrorem, vel documentum alios inferant, & prænuntient; miracula vero commodum, & gaudium; sicuti resuscitatio à morte, sanatio miraculosa à morbo est miraculum afferens commodum, & letitiam. Alii tamen tenent, quod miracula, quæ propter eorum excellentiam majori admiratione, & stupore sunt plena, prodigia, & portenta appellantur: Quæ admiratione inferunt, sed non tantum, minora, & pura miracula dicantur. Sic Matthæucci loc. cit. n. 21. & alii. Pignatellus autem tom. 4. consuli, 8. num. 1. observans, quod ex D. Thoma 2. 2. qwest. 178. art. 1. ad 27 3. duo possunt attendi in miraculis, quatenus excedunt vires totius naturæ creatae, scilicet id, quod fit excedens facultatem dictæ naturæ, quo inspecto, inquit, miracula dicuntur *Virtutes*, & id, propter quod ea fiunt, scilicet ad manifestandum aliquid supernaturale, cuius gratia, dicit, miracula nuncupantur *Signa*. Unde inferit cum Angel. Rocc. de canonizatione Sanctor. cap. 22. miracula, quatenus aliquid præstendent ostenta, seu portenta vocari, quatenus vero futura prædicunt appellari prodigia.

Solus Deus proprie, ac physice potest facere vera, & proprie dicta miracula; Communis. Et ratio est, quia si aliqua Creatura, v. gr. Angeli, Sancti, ac demones possent proprie, & physice facere vera, & proprie dicta miracula, jam miracula non essent supra naturam, nec præter ordinem totius naturæ creatae, prouo requiri at rationem proprie, & strictè dicti miraculi, ut patet ex ejus definitione tradita ex D. Thoma supra sub num. 2. Unde dicitur Ps. 71. *Qui facis mirabilia solus.*

Possunt tamen Sancti, & Servi Dei facere, & revera, ab eis plurim sunt facta, & in dies finit miracula moraliter, quatenus nempe Deus ad preces ipsorum, vel intuitu Fidei, atque meriti eorum, aut in confirmationem Sanctitatem eorumdem miracula patravit, seu patrat, quæ alias non esse patratur. Unde Psalm. 67. dicitur: *Mirabilis Deus in sanctis suis; communis.*

Miracula in confirmatione fidei possunt moraliter fieri, etiam à peccatoribus veram fidem habentibus, etiamque prædicantibus, ac nomen Dei invocantibus; colligitur aperte ex 1. ad Corin. 13. ibi: *Si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil sum; ubi, ut vides, à parte supponit posse homines fidem vera instructos, licet charitate desitutios, montes ipsos alio transvehere. Et de facto patet in Iudeo proditore, qui in testimonium fidei, quæ ac alii Apostoli, patravit miracula. Marc. 3. ut refece observat Reiffenshel lib. 3. decr. tit. 45. num. 39. & tenetem passim Doctores.*

Nequeunt tamen a peccatoribus fieri neque moraliter miracula in testimonium Sanctitatis, aut insignis meritorum apud Deum, qui est alter finis, ob quem miracula fiunt: miracula enim ob talen finem non possunt fieri, nisi ab illis, qui apud Deum specialibus meritis Sanctitatis refugunt; Communis.

Harecici autem nequeunt facere miracula, neque in confirmationem fidei, neque in testimonium Sanctitatis aut insignis meritorum apud Deum; ipsi enim carent fide supernaturali, quæ necessaria est ad facienda miracula, juxta illud Math. 17. ibi: *Si habueritis fidem Eccl. & dicetis monti huic; transi hinc illuc, & transibit.* & nihil impossibile erit vobis; nec habent sanctitatem, cum sunt membra precisa ad Ecclesias sanctitatem, adeoque nullummodo possunt facere vera miracula; Pignatell. tom. 4. consult. 67. num. 43. Matthæuc. loc. cit. tit. 6. cap. 3. num. 15. & sequent. Lauraa loc. cit. n. 804. & alii passim, & expresse habeatur ex Concilio Constantinopolit. III. art. 15.

Angeli boni possunt moraliter facere miracula, sive quia eo voto, & desiderio eorum Deus mira præstet; sive quia ministerium ei exhibeant, ut ea mira præstet; S. Thomas part. 1. qwest. 110. art. 4. Pignatell. loc. cit. num. 35. & alii passim.

Angeli mali, seu demones, nequeunt ullo modo facere vera miracula. Communis. Nec obstat, quod cap. 34 Teneamus 56. caus. 1. qwest. 1. sicut Exodi cap. 7. habentur, magos Pharaonis fecisse miracula, & codem cap. Teneamus, & Act. 9. dicitur Simonem Magum patrasse miracula. Non obstat, inquam, quia, ut dicit S. Augustinus lib. 20. de civitate Dei, & lib. 3. de Trinit. S. Thomas part. 1. qwest. 110. art. 4. ad 2. & qwest. 114. art. 4. & alii passim; Mirra illa per magos Pharaonis, & per Simonem Magum, sicut, & alia per alios magos, & malos homines ope demorum facta, seu exhibita, non fuerint vera miracula, sed tantum appetitiva, & præstigiis quadam sensus, & imaginatiōnem illudientia: Vide etiam dicta ad rem supra n. 5.

Sic etiam virtutes, signa, & prodigia Antichristi erunt spuria, & mendacia, quia ipse, ut interpretatur S. Augustinus lib. 20. de civitate Dei, & alii passim, decepit sensus per illusiones, & phantasmat, & efficere videbitur, quod re ipsa non efficit.

Potestas examinandi, & recognoscendi miracula competit non solon Summo Pontifici, sed etiam Episcopis; habetur clare ex Concilio Tridentino ses. 25. de invocatione Sanctorum: ubi dicitur: *Nulla etiam admittenda esse miracula, nec novas reliquias recipiendas nisi eodem recognoscentes, & approbatrice Episcopo; qui textus non tantum procedit de miraculis iam Canonizatorum, sed etiam non Canonizatorum, ita ut Episcopus etiam istorum miracula recognoscere possit, prout Sacra Congregatio ejusdem Concilii interpres declaravit, teste Fagnan. in cap. Cum ex eo 2. de reliquis & venerab. Sanctorum num. 7. & Barbosa de off. & potest. Episcop. por. part. 3. allegat. 97. num. 3. ubi dicit sic fuisse sibi responsum à dicta Sacra Congregatione, & originali responsum apud se servare. Debet tamen Episcopus, si examine miracula nondum Canonizatorum, aut Beatificatorum, antequam ea divulgari permitat, totum negotium ad Sanctam Sedem transmittere, indeque responsum expectare iuxta constitutionem 37. Urbanii VIII. incip. Sanctissimum. Fagnan. loc. cit. num. 10. Reiffenshel lib. 3. decr. tit. 45. num. 45. in fin. (Vid. Brev. Papa, pag. 24. col. 2. in ad. nov.)*

Examen miraculorum debet esse exactissimum, & rigidissimum, præstinent quoad testem, ita ut regulare

MISSA PROUT EST SACRIFICIUM.

ARTICULUS L.

Quoad ejus esse, effectus, & fructus.

SUMMARIUM.

- riter non nisi per testes idoneos juratos, qui non sint singulares, & qui deponant ex scientia per sensus proprios, & sigillatim examinentur, miraculum probari valeat, prout pluribus demonstrant. *Auctores arg. cap. Venerabili, de testibus, & cap. Testes caus. 3. quest. 9.*

40 Unde Episcopus ad examen miraculorum debet adhibere in consilium etiam Theologos, & alios viros probos, ut expresse prescribunt in Concilio Tridentino loc. cit. ibi: *Abdibitis in consilium Theologis, & aliis suis Viris.* * De hoc argumento fuse admodum ad doce agit Episcopus Novariensis Joseph M. Maraviglia in suis legibus prudentia episcopalis, l. 303. 304. 305. & 306. quem vide. *

41 Miracula, gratia, beneficia &c. que presumuntur accepta a Deo ad intercessionem aliquius mortui cum opinione Sanctitatis, non possunt imprimi sine licentia Sedis Apostolicae, nisi fuerit Canonizatus, vel Beatificatus. Urban. VIII. constitut. 37. incip. *Sanctissimus.*

42 Miracula, gratia, &c. talis mortui non Canonizati, nec Beatificati, publicari non possunt sine prefata licentia sub pena Clericis secularibus privationis officiorum, suspensionis a divinis, & administrationis sacramentorum; Regularibus vero omnium officiorum, nec non vocis activae, & passive; Urbanus VIII. constitut. incip. *Sanctissimos:* Unde Laurent. de Franchis in *Contro. inter Episcop. & Regulares pag. 252. vers. Ad 10.* relatus a Barbosa de *officio & potest. Episc. allegat. 97.* num. 6. circa finem refert quod, quando miracula fieri dicuntur in aliqua Ecclesia seculari, sive regulari, virtute sacramentum Imaginum, statim Episcopi mandant operi Imagines, Januas Ecclesie claudi, & impediunt concursum hominum, ne miracula publicentur, nisi prius per testes legitimos fuerint sufficienter probata, & processus, sive aliquid hujusmodi mittatur ad Papan. Et *ibidem vers. Ad 12.* tenet, quod tam secularis, quam Regulares admittentes nova miracula puniri possint ab Episcopo.

43 Hoc juvit affere magnum, & maximum miraculum sic appellatum a Decano aliquis Sacra Romanae Rotae auditoribus, & relatum a numquam satis laud. Summo Pontifice Benedicto XIV. in appendice in fine tertii tomii sui *undequegna Auri Operis de Servorum Dei Beatificatione, & Beatorum Canonizatione.* Et est, quod Beatus Petrus Baptista Sacerdos, & Concionator mei Seraphici Ordinis, ac Commisarius Delegatus ad Tyrannum Japonie, cum legationem sibi commissam felicissime ad opatum finem perduxisset, ac sibi illius Tyranni, seu Imperatoris animum devinisset, obtinuisseque facultatem edificandi monasterium, & ecclesiam in civitate de Meaco Regia illius Imperatoris, & exinde plurimos illius nationis, qua verbis, qua exemplis, & charitativis officiis una cum sociis ad catholicam fidem convertisset, valde ob id iuratus Tyrannus, indixit ei, & sociis mortem crucis, & ut sic crucifixorum corpora in cruce ad aliorum terrem per bimetre remanerent; quo tempore dictus meus Beatus Petrus Baptista plures ac plures viuis fuit derelicta cruce celebrare missam in Ecclesiis sui monasteriorum, sibi ministrante Antonio Doxio etatis 13. annorum, qui ministraverat ei viivus in missa, & postea simul cum ipso crucifixus fuerat. Unde uti constat ex processu pro eorum canonizatione iussi Urbanii VIII. à supradictis constructo, & loc. cit. & integrè allato, saepissime eveniebat, quod corpus Beati Petri Baptista, & dicti Antonii non videbantur in cruce; & postea transacte tempore celebrationis missæ, audiendarum interim adstantibus canticum quasi coelestem, iterum videbantur in cruce eodem modo, quo martyrium in illa passi fuerant, quod uti revera est, merita appellatur magnum, immo maximum *Miraculum.*

44 De variis miraculis à Christo Domino in terris degente patratis disseritur in hac bibliotheca, verb. *Hemorhoissa*, verb. *Magi*, verb. *Filius Vidua Naim*, & verb. *Samaritana.*

Alia ad rem, vide verb. *Veneratio Sanctorum.*

MISSA PROUT EST SACRIFICIUM.

ARTICULUS I.

Quoad ejus esse, effectus, & fructus.

SUMMARIUM.

1 *Missa est vere, & proprio Sacrificium vereque representativum mortis Christi.*

2 *Istud Sacrificium in Misa incurvatum idem est cum Sacrificio in Corte cruento.*

3 *Hec mystica immolatio carnis Christi, que fit manibus Sacerdotis, Christi passio, Crucifixio, mors vocatur, non rei veritate, sed significante Mysterio.*

4 *Effectus Sacrificii Missa est triplex, scilicet Propitiatorius, seu Meritorius, Satisfactionis, & Impetratorius.*

5 *Missa Sacrificium quomodo sit Propitiatorium, seu meritorium?*

6 *Quomodo sit Satisfactionis?*

7 *Quomodo sit Impetratorium?*

8 *Fructus seu valor Sacrificii Missa est etiam triplex scilicet Generialis, Medius, seu specialis, & Personalis seu specialissimus.*

9 *Fructus Generialis competit ex instituto Ecclesia generaliter omnibus.*

10 *Medius, seu specialis competit illi, qui pro aliis celebrans offerit, & applicat Missam, sive ex charitate, sive ex iustitia recepto stipendio.*

11 *Personalis, seu specialissimus competit tantummodo ipsi Sacerdoti celebranti, nec est alteri applicabilis.*

12 *Fructus Sacrificii alius potest esse ex opere operantis, & aliis ex opere operato; Fructus ex opere operantis unde proveniat?*

13 *Fructus ex opere operato unde proveniat?*

14 *Fructus, seu valor Sacrificii Missa non est infinitus, sed finitus.*

15 *Affertus ratio ad num. 16.*

17 *Quaedam observatione digna ad articuli complementum in Tyronum gratiam inducuntur, ad num. 19.*

20 *Alia ad rem, remissive.*

MISSA est vere, & proprio sacrificium, cap. firmiter, de *Sanctissima Trinitate*, Concilio Tridentino sess. 22. *Canon. 1. ubi quid representativum mortis Christi. Consil. Coloniens. II. part. 7. cap. 27.* Et istud sacrificium in missa incurvatum idem est cum sacrificio in cruce cruento, quia licet Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, mors illa ultra non possit dominari, at tandem in semetipso immortaliatur, & incorruptioniblē vivens, pro nobis iterum in hoc mysterio mortifit, cap. Utrum 72. dist. 2. de conser. Hoc enim mystica immola carnis Christi que fit manibus Sacerdotis, Christi passio, mors, crucifixio vocatur, non rei veritate, sed significante mysterio, cap. Hoc est 48. dist. 4. de consecr.

Effectus Sacrificii missæ est triplex, scilicet propitiatorius seu meritorius, satisfactionis, & Imperatori. Sic colligitur ex Trid. sess. 22. Can. 3. ubi haec habet expresse: "Si quis dixerit, missa sacrificium tantum esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificii in cruce peracti, non autem propitiatorium, neque pro vivis, & defunctis, "pro peccatis, penit., satisfactionibus, & aliis necessitatibus offeriti debere, anathema sit." Est enim missa sacrificium propitiatorium seu meritorium, quia ejus virtute, & intuitu Deus fit offerenti, & iis, pro quibus offerit, propitiis, conferendo ipsi auxilia gratiae, quibus existent ad veram penitentiam, sicutque ad consequendam peccatorum remissionem virtute perfectæ contritionis, vel attritionis cum Sacramento, ex Trid. sess. 22. cap. 2. His verbis, "Huius quippe oblatione placatus Dom."